

Omnia ps de eo q n' omnia fi deat.

100

Ubi abbas Theodorus reddit causam quae auidam interrogati nichil responderit *Ca. xxi.*

Et quisq; ea seruare studeat q; alios docet. *Ca. xxij.*

Ubi abbas Sylois ieiunium soluens et caritate impedit nec se ad dolo patuit nec fauoci. *ca. xxij.*

Pars octaua. De eo q; nichil ostentaliter fieri debeat. Ca. p.

Haber quidam interrogauit abbatem Theodorum dicens Vis aliquantis diebus non modo duo panem? Et dixit ei senex.

Bene facis. Nam ego sic feci. Et dixit ei frater. Volo potius re modicum cicer ad pistrinum et facere inde farinam. Et dixit ei abbas Theodorus. Nam si ad pistrinum vadis fac tibi panem et quod opus est ista adiectio. *Ca. ij.*

Alius frater interrogauit eundem abbatem Theodorum et cepit loqui et exquirebat de eis quos necdum fuerat operatus. Et dixit ei senex. Adhuc tibi nec nauis inuenisti nec vasa tua in ea posuisti nec nauigare cepisti et iam in illam ciuitatem ubi disponis peruenisti. Cum ergo prius operatus fueris res de qua mihi asseis tunc ex ipsa re loque. *Ca. tertium.*

Audiuit aliquis iudex puinter de abbate Moyse et prexit in Scythiam ut videt eum. Et nuntiauerunt sem de aduentu eius et surrexit ut fugeret in paludem. Et occurrit ei iudex ille cum suis et interrogauit eum dicens. Dic nobis senex ubi est cella abbas Moyse. Et dicit eis

Quid vultis enim inquire? Homo factus est et hereticus. Et vinens iudex ad ecclesiam dixit clericis. Ego audiens de abbate Moyse veni ut viderem eum. et ecce occurrit nobis senex pgenus in egiptum et interrogaui eum. Ubi est cella abbas Moyse. Et dixit nobis. Quid eum queritis? factus est et hereticus. Audiens autem clericus tristatus est dicens. Qualis erat senex ille qui haec de sancto homine locutus est ad vos? Et illi dixerunt senex vetustissimus vestimentis erat utens longis et niger. Et illi dixerunt. Ipse est abbas Moyse et quod noluit videri a vobis. id haec vobis ipse de se dixit. Et multum edificatus iudex discessit.

Capitulum quartum.

Abbas Nestor maior abulabat in heremo cum aliquo fratre et videntes draconem fugerunt. Et dicit ei frater ille. Et tu per times? Responsum senex dixit. Non timeo filii. sed expedit quod draconem fugi. quoniam non habeo unde effugere spiritum vane gloriae. *Ca. v.*

Haber quidam abstinet a cibus et non manducatur panem. venit ad quendam senem. Opportune autem et illic etiam alij supuenerunt peregrini. Et fecit modicum pulmentum propter eos. Et cum sedissent manducaverunt. Ille abstinet posuit soli sibi cicer infusum manducabat et cum surrexissent a mensa tulit eum senex secreto et dixit ei. si vis ad aliquem non ostendas illi conuersationem tuam. Si autem conuersationem tuam tenere vis. sede in cella tua et nusquam exeat. Ille autem accersens abbas seorsum factus est comis vite in id quod cum

*Curia Regni Negum
mimo*